

Sigismundus primus rex Polonice, Elbingensibus.

249

Sigismundus Dei gratia rex Polonia etc:  
 Famatio proconsulibus, consulibusque civi-  
 tatis nostra Elbingensis, fidelibus dilectis  
 gratiam regiam. Famati fideles dilecti:  
 Retulit nobis famatus Bartholomæus  
 Voit consul Elbingensis, quomodo eum  
 vos in exactione theloni noviter isthic  
 in terris Prussia instituti plus iusto  
 oneratis. Quod si ita esset, non possemus  
 hoc factum vestrum probare. Mandamus  
 itaque vobis, at deinceps dictum Bartho-  
 lomæum non cogatis ad maiorem solutio-  
 nem eiusdem theloni, duntaxat quatenus  
 est per consilium totius Prussia consti-  
 tutum, nec aliter faciatis pro gratia no-  
 stra. 1523.

17

17

130

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*